



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

Privilegium Sacræ Cæsareæ Et Catholicæ Majestatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

PRIVILEGIUM
SACRÆ CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAJESTATIS.



AROLUS SEXTUS,

Divinā favente Clementiā Electus Romanorum IMPERATOR semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiaæ, Slavoniae &c. REX; ARCHIDUX Austriae; DUX Burgundiaæ, Styriae, Carinthiaæ, Carniolæ, & Würtenbergæ; COMES Tyrolis &c. Agnoscamus & notum facimus tenore praesentium universis, quod, cū Nobis Noster Sacrique Imperii fidelis dilectus ANDREAS CHEVALIER Typographus LUXEMBURGENSIS, humillimè supplicarit, ut Privilegium Impressorum super BULLARIO MAGNO ROMANO Novissimo, a Beato LEONE MAGNO, usque ad PONTIFICEM nunc Regnantem, cum suis Suplementis, in Folio & Novem Tomis sibi impertitum, ad alios Decem Annos extendere clementissimè dignaremur. Nos submissis pariter ac æquis ejus precibus annuendum censuerimus: Ac proinde Authoritate Nostra Cæsarea omnibus & singulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis, & aliis quibuscumque rem Librariam seu negotiationem exercentibus, firmiter inhibemus, vetamus, & interdicimus, ne quis supra nominatum BULLARIUM MAGNUM ROMANUM, sub hoc aliove titulo aut forma per decem Annorum spatium ab hodierno die computandum, intra Sacri Romani Imperii, & Regnorum Ditionumque Nostrarum Hæreditiarum fines recudere, vel alius recudendum dare, aliorumve impressum apportare, citra præfati imperantis, ejusdemque Hæredum ac Successorum voluntatem in scriptis obtentam, ausit vel præsumat. Si quis verò fecit faciendo Privilegium hoc Nostrum seu Interdictum violare, contemnereque præsumplerit, eum non solum ejusmodi Exemplaribus, ubicunque locorum repertis, perperam quippe recusis, seu apportatis (quæ dictus ANDREAS CHEVALIER, sive propria auctoritate, sive Magistratus illius loci auxilio, sibi vindicare poterit) de facto privandum, sed & decem Marcarum auri puri poena Æario seu Fisco Nostro Cæsareo & Parti læsa ex æquo pendenda, omni spe venia sublata, mulctandum decernimus, dummodo tenor hujus Nostræ Privilegiæ in fronte libri impressus reperiatur, & consueta quinque Exemplaria Confilio Nostro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & singulis Nostris & Sacri Romani Imperii, Regnumque & Dominiorum Nostrarum Hæreditiarum Subditis, & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus, cuiuscunque status, gradus, dignitatis, aut ordinis fuerint, præsternit vero iis, qui in Magistratu existentes, vel suo vel Superiorum suorum loco jus iusticiamque administrant, ne quemquam Privilegium hoc Nostrum Cæsareum violare, spernere, aut transgredi patiantur: Sed si quos contumaces compererint, constituta à Nobis multa eos puniri, & quibuscumque modis idoneis coerceri current, quatenus & ipsi gravissimam nostram indignationem prædictamque poenam evitare voluerint. Harum testimonio literarum manu Nostra subscriptarum, & Sigilli Nostræ Cesarei appressione munitarum, quæ dabantur Laxenburgi vigesima prima Maii anno millesimo septingentesimo trigesimo septimo, Regnorum Nostrarum, Romani vigesimo sexto, Hispanicorum trigesimo quarto, Hungarici & Bohemici vero vigesimo septimo, &c.

CAROLUS.

L.S.

UT JO. AD. COMES
DE METSCH,

Ad Mandatum Sac. Ces. Majestatis proprium.
J. J. HAYECK de Waldstätten.

Et memoratus CHEVALIER suprascriptum Sac. Ces. Majest. Privilegium ex integro concessit HENRICO-ALBERTO GOSSE & SOC. ex Conventione factâ inter eos Quarto Nonas Martii Anni 1738.

INITI

INDEX